

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. VI. Noëmi assiduare de imminente interitu exhortationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

rei tam vilitatem & obscenitatem, quam brevitatem & finem cogit. Horæ fugaci, forsitan momenti unius illecebras longum dedecus, multorum annorum paenitentia, supplicium æternum comitur. Ergo abdicatione omni libido castitatem cole. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est & apud homines. Bernardus paucis multa complexus veritatem dixit: Castitas est securitas mentis, & sanitas corporis. Ibi habitat Deus, noster mibi ubi permanet continentia. Castitas jungit hominem calo. Castitas facit hominem proximum Deo. Castitas perducit hominem ad regnum. Bona est castitas conjugalis, sed melior est continentia virginalis.

*Sap. cap. v. 1.*  
Dei amicitiam ambi.

*Isa. cap. 43. v. 1. & 2.*

Quem Ecclæsia colit  
die 16. Au-  
gusti.

Dei amici-  
tia nullis  
affectioni-  
bus debet  
dissolvi.

*Sap. cap. 8. v. 16.*

II. Dei amicitiam ambi. Dei amicitia non tantum è comburendâ civitate Lothum liberat, sed in ipsis flammis Sidrachum, Abdenago, Misachum conservat; Noëmum mediis undis incolorem defendit. Hoc patrocinium amicis Dei promittens Isaías. Noli timere, ait, meus et tu: cum transieris per aquas tecum ero, & flamina non operante te. Amicus Dei pallium aptat in navigium, & mare traxit tare prodigioso lembo: quod divum Raymoundum ferunt fecisse in Vandalo fluvio trahicendo. De hac cum Deo inita amicitia præclarissime Augustinus, Si non debes, inquit, propter quædam toleranda dissolvere hominis amicitiam, Dei amicitia quibus rebus debet cogi, ut dissolvatur à te? Sæpe quos amicorum fidissimos habebamus, invenimus infidos. Hac in re selectus est difficillimus & erroribus plurimis exppositus. Amicus fidelis & ex omni parte sincerus res dulcissima simul & sanctissima. Dulces, fateor, parentes, dulces filii, dulces fratres, possunt tamen amare, nec parentes ideo, nec fratres quidem, nec filii esse desierunt, cum desierunt esse dulces; at amicus solus, si sit verus, dulcis & charus esse non definit. Cum igitur in genere illorum, qui charissimi videntur, odiis lape latentibus, lape etiam manifestis multa insit amaritudo, amicitia sola, si vera, vacat odiis: nemo umquam, non dicam occidit aut perdidit amicum, sed ne laeti quidem volens. Hunc tibi amicum statue Deum, amicorum omnium multò fidelissimum, & qui ea omnia non possit tantum, sed & velit praefare, quæ exigas ab amico. Sapientia de hoc amicorum optimo testimonium est: Non habet amaritudinem converratio illius, nec tedium convictus illius, sed latitiam & gaudium. Igitur Deo jungere, & summum bonorum omnium divitias infinitas invenisti. Illud vide, ac ne quod optimum es nactus, negligas. Ne quā umquam te offensus, ne quo verbo alienatus à te recedat. Amicus hic, thesaurus est immensissimus: sed magnâ servandus curâ, acri, si fugiat, revocandus penitentia.

Conetur uniusquisque Noëmi talis insigniri, Iustus, Perfectus: cordis amer munditem, & amicū habebit Supremum Regem. Orbis universus ei nocere non poterit, quisquis Deum habuerit amicum.

## C A P V T VI.

### Noëmi assidue de imminentे interitu exhortationes.

\* Horat.  
lib. 2. Ser-  
monum,  
Sat. 3.  
Quondam  
Isthargo  
gradi est op-  
pressus —  
Hunc medi-  
cus multum  
celer atque  
fidelis  
Excitat hœ  
pacto.

OBLIVIO Dei & omnigena vitia ab illâ radice profeminata adolescentem mundum in tales dederunt veteranum, ut Deus huic veterno ego variam admovet medelam, exercefaciendo illum, & ad vigiliam suscitando. Sicuti agrotus, quem invaserat veterans, moveri, trahi, vellicari, concuri, pungi solet, ut toties tractus, vellicatus toties denique evigilat: ita Deus sceleratos orbis incolas assidue moneri, instrui, doceri volunt. Ad eam rem præcipuus usus est Noëmo, qui assidue exhortationibus aures improborum idemridem

A obtundebat, & omnem movebat lapidem, ut monedo ac erudiendo impios excitarer ad penitentiam. Verba sapientum sunt stimuli. Ita Christus furibandum Saulum Damasco imminentem extimulans, Durum est tibi, ait, contra stimulum calcitrare. Mox Saulus evigilans, Domine, inquit, quid me vis facere? At verò nefarii homines illi, quidquid Noëmus diceret, moneret, dehortaretur, occineret, omnia ipsi nihil habentes, quo cœperant pede, pergebant audacissime. Imò saluis monita in risum jocumque vertebant: Clama, mi Noë, clama, vaticinare, mone, concionare, suade, minare, dehortare quamdiu placet, nos læti pergitus, has ex pelvi minas curamus scilicet. Tu architecte, quid ad nos? His terriculamentis non movemur, nobis bene est. Quam erat, mi Deus, gravis hic veterus! Nihilominus vindicta divina non ex abrupto puniit, nec protinus vivendi spatium præseculit, sed respicendi mora concessit, concionatorem eis Noëmum dedit, quem beatus Petrus Justitia præconem nominans, Originali, ait, mundo non pepercit, sed octavum Noë justitiae præconem crevit, diluxivit mundo impiorum inducens. Atque hic concionator orbis optimus, non monitus solum, sed & exemplis sanctissimis penitentiam assidue ingerebat, ni parerent, iram Numinis in peccatis exarfuramus. Interim arcam spectantibus omnibus, futuri supplici juge monumentum, adificabat. Ita Noëmus non virginis, aut soli, aut triginta, non septuaginta tantum, aut octoginta, sed ipsis centum annis, aut, ut Chrysoftomus loquitur, annis quingentis concionatus, penitentiam jugiter inculcabat. Hæc Noëmi monita, has conciones interpretabimur.

## S. I.

TAM bonus est Deus, ut prius omnia tentet, diversaque ad penitentiam occasiones subministret, veritas quam omni gratia merentem privet. Cum nullus remedium locus, tamque beneficia in noxam trahuntur, demum æquissimus Pater & Dominus, Quid est, inquit, quod debui ultra facere vinea mea, & non feci? An quod expetavi, ut faceret uas, & fecit labrufas? Et nunc offendit, quando quid faciam vinea mea. Aufera sepem eum, & erit in diripiendum: diruam maceriam eum, & erit in conculationem. Extiri cauflam nemo in me concererit, peritum servare volunt, sed ille auxiliares manus rejecit, & noluit servari. Vigilantissima sollicitudo mea neutiquam desiderata est, & patrem egi, & monitorem: frustra omnia, tam consilia mea quam precepta sunt neglecta. Jacturum ego, contemptum tuli, non tantum uvas ediles & maturas non accepi, sed insuper vites optime in silvæ labrufas degenerarunt. Ideo non amplius purandas, sed excindendas sunt in ignis pabulum. Ita Deus cum omnibus, atque cum singulis hominibus solet agere, remedia suggesta penitentia; humani arbitrii est, ea vel admittere, vel abjicere. Ita cum perditis illis mundi juventutis civibus est actum. 1. Frequenter & fideliter sunt quibus moniti. 2. Videbant equidem quotidiana funera, & vel anniversaria discebant, se non esse immortales, non neciebant, aliam post hanc superesse vitam. 3. Noëmi & familiæ, quam duxerat, ad sanctos mores compositæ videbantur exempla. 4. Specabant ingentem ad arce fabricam apparatum, nec ignorare poterant minitabunda Dei consilia, complurium annorum opus, Deum ipsum esse architectum. Quis non movendus tot argumentis? 5. Tantum pabuli pro tot feris undequaque comportabatur, non dubium prædicta calamitatis argumentum. 6. Ipsa tot ferarum & animantium confluxus quid aliud testabatur, quam illam ipsam, quæ imminebat, orbis eluviem? 7. Noëmus constanter & continuè monebat atque hortabatur, resipiscerent, mores emendarent, malum imminens caverent. Et monstrum videri potuit, nullum, & nec quidem unicum ad hæc monita est.

vitiis emeruisse. Sed nemini hoc mirum videatur; idem hodieque fit, haec monstra etiamnum durant. E cathedris affidue clamatur, & nihil proficitur, objurgantur mali mores, sed non emendantur. Grandi premiur lethargo.

Noëmi conciones dignissimæ consideratu. Siquidem beatus Petrus Noënum iustitiae praconem nominat. Hinc Chrysostomi sensu in ipsis incunabulis concionaricepit Noë hac ratione. Nato puer quærebant cives, quod nomen esset infanti. Dicatum, Noë, hoc est, quies, quod cupiat Deus humanae nequitia finem imponere, & flagitosos demum cessare ac quietescere ab affuerâ improbat. De quo Chrysostomus differens, Huc, obsecro, inquit, animadverte dilecti, quonamodo puerus iste paulatim crescas, omnibus ipsis vidēnibus discendi occasio sit. Nam mox ut quis pueri nomen sciscitatus est, ex interpretatione vocabuli didicit eventurum generalem interitum. Porro obscurpescenda est ineffabilis misericordia Dei, & prodigiosa hominum, qui tunc erant, ingratitudine. Ecce enim quingentos annos vixerat iustus illus, clamans & testificans suo nomine, futurum per universum orbem diluvium ob nimias hominum malitias, & neque sic à malitia abstinerem voluerunt.

Hec à se dicit Chrysostomus ipse confirmans, Didi-  
cisti heri, ait, quonodo à nativitate sua iustus ille accepto à pa-  
tronione obambulabat, omnibus qui tunc erant, docto ral-  
matum, quasi clamat, & dicens per nomen suum: Desistite  
à malo, operemini bonum, timete preparatam pœnam. Cominu-  
ne diluvium in toto orbe erit, magna & excellens Dei indignatio  
est, quia magna & in malitiam proclivitas. Et hoc non tan-  
tum duobus aut tribus annis faciebat, sed quingentos vixit hac  
admonens. Beroius Antianus exsimiliter per omne illud  
temporis spatiū concionatores & Prophetas missos,  
qui idemtideum hortarentur ad meliora, præter Noë-  
mum, qui ordinarius & continuus erat exhortator,  
uti Josephus & Rupertus sentiunt. Et potuit is certe  
ingenis verbis pondus addere spectaculo præsentis, quod  
incento digito monstrabat. Et voces hominum nulla  
fuerint, sola tamen silens loquebatur & monebat arca.

Credibile prorsus est has arcas ac Noëmi conciones cunctis urbibus & oppidis sparsas. Hic namque Dei nos est, universalis supplicio non vindicare, antequam admontis præcesserit generalis. Eapropter Elias & Enoch exequiarum orbis & supremi judicii erunt prodromi, ad denuntiandam divini tribunalis viciniam. Deinde Noëmus à Petro Justitiae præ appellatur. At qui præconem non agit, quilatebras & reconditos pro-  
vincias angulos completem clamando, sed qui urbe, vel pro-  
vinciâ tota, prout res exigit, præconium facere consuevit. Ita & Noëmus non in recessibus Numinis iras mi-  
nâsque denuntiavit, sed peragravit orbem: quod quidem ea occasione factum quâ ipsi cum Semo & Japheto filii ex orbe feras undique collegit, & illas velut circu-  
culas ante se agens ad arcā deduxit. Equis hic hominum sensus, quæ cogitationes, quæ dicta, quis rumor populi, qui bestias longè fuit hebetior? Varius utique coneturius hominum ad ceptam erat fabricam, vari-  
ri speculantur motus & sermones, promptum semper paratumque admirantibus à Noëmo redditum responsum. Verosimile est, Mathusalem & Lamechum nepotis & filii fervens studium adjuvisse plurimum, sed nec filios huic opere defuisse sic institutos à parente, ut non tantum suæ, sed & aliena salutis curam agerent.

Hic expendamus, quâm molestem fuerit hoc officium, omnibus exossum se reddere. In offensionem omnium incurre. Neque enim sicuti Jonas, tergiversatus est Noëmus id munieris obire, et si convitius, cachinnis & sibilis omnium notaretur. Non dubitem quid occentatum illi fuerit, quod Isaïæ vati: Manda, remanda, expecta, repecta, modicum hic, modicum ibi. Nam istud pravii homines illi ad perfectas cumulataeque nequitia consummationem habebant, omnia deridere, monita

A cavillis eludere, objurgationes & minas joco digerere. Hominum genus perfundit nullis faciliè monitis aut confisiis juvandum, quod magis monentur, crebris instruuntur, eò plus rident. *Pro vobis, qui ridetis nunc, quia lugibitis & flebitis.* *Luc. cap. 6. v. 25.*

Ab illis oribus istis Noëmus creditur appellatus Prometheus, qui vultus peccatore pascet, uti verutissima Græcorum fabula docet, ignem è cælo sublestatum Jovi, in pœnam vinculis affixum Caucafo. Hæc fabula cudebatur in Noënum, cui jugiter irratores occinebant: O silicernium! o mi capularis senex, vultur rem alis peccatore, superflua coquas curas, que tuum exedunt! ignem videris è cælo furatus, ideo nunc aquam minitaris affundendam. Hæc diæteria in Noënum ja-  
cta post diluvium à filiis narrata, fabula ajuna ansam dedisse, dictumque Prometheum Caucafo alligatum, quod Noëmus ad Caucali radices perdidit & pernox hæren, arcæ fabricam elaborari. Nihil est dubit, quin cavillatio dicacissima Noëmo fuerit glutienda. Si sarcasnis & sibilis necare potuissent nemem optimum, non illius canis pepercissent. Oleum & opram perdidit Noëmus; æthiopas illos frustra lavit, incassum conuit irratores, nemo nec quidem unicus ad frugem se cor-  
rexit. *Visus est eius quasi ludens loqui.* *Gen. cap. 19. v. 14.*

## §. VI.

**E**t quid hodieque tot concionibus ac cohortationibus promoveatur? Nihil admodum, cum tamen huic aliunde plurima accedant auxilia, Sacramentorum usus, sanctiorum hominum exempla, doctrina, vita & & mors Christi. Hæc variè inculcantur, concionum fati sest, clamoris & exhortationum fati; quid inde proficitur? quæ virtus erigitur? qui abusus tolluntur? quæ virtutes inferuntur? quæ deum sequitur emendatio? Aut exigui, aut rectius nulla. Sunt qui cantent, at vero non sunt qui saltent. Poterunt olim Ecclesiastæ dicere: *Cantavimus vobis tibi, & non satis lamentavi.* *Luc. cap. 7. v. 32.*

**C**hibuimus. Sed ubi serius non est proficiendi animus, quid mirum, si nullus subsequatur profetus? Sunt non Status hō-  
pauci, qui conciones audiant, sed in iis parum atten-  
dant, fabulentur, garriant, dormiant, ab auribus ad ani-  
mum nihil transfringant. Sunt, qui quidem attendant, sed diætorum nihil ad actionem referant. Plurimi sunt, qui divina nec quidem audiant. Dicite, Christiani, qui obsecro, Magnatibus præsterni, verum sine velo & ex animi sui sententiâ ausit sub oculos ponere, nisi solus concionator? quem audire si nolit, auctum est, o cives, perdidimus veritatem. Christi voces ad Pilatum non ignoramus: *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Ioan. e. 18. mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, vocem meam audit.* Sunt tamen plurimi qui nec Christi, nec eorum quos Christus mittit, vocem audiunt, concionibus nullis, aut sancè paucissimis interfundit, unicam hebolmadis horulam Deo divinisque dare renunt. Neglectus, aut contemptus manifestissimus audiendiæ veritatis.

**D**Id quod quemvis maximè impellat ad audiendas Quid quæ-  
coniones, istud est. Quorundam vitiorum à nemine vis impli-  
umquam moneatur nisi à concionibus; hos audire lat ad au-  
diendas conciones.  
pertinacis incepti studia, pessimè perpetuamus; & hic quidem inolitæ consuetudine ducitur, iste familiaribus virtutis trahitur, ite assuetis voluptatibus infecatus mer-  
gitur; ita monitoribus rejectis pergitim, dum in mor-  
tis viciniâ simus. Hic jam templis ceram, oleum, tabu-  
las, vestes sacras vovemus, largissimam stipem promit-  
timus, omnium divortiu genua inceramus: Nimurum,  
cum occideret eos, quarebant eum, & revertebantur. Non *psalm. 77. damnat Deus pia vota, sed cuperet maturiora. Et me- v. 34.*

ditus non audiat! Monitores ad te missos rejiciebas, A concionatores tibi destinatos non audiebas, tuus ipse tibi & discipulus & magister, sed una & seductor eras, salutis documenta confitantes negligebas; quid iniqui fers, si tibi fiat quod faciebas: par pari redditur, monitorum contemptor æquissimè eo, quo deliquerit, modo punitur. Serum est in undis luctuarem, & pæne jam haustum suppetias clamare.

Sed dices: Quæ in concionibus dici solent, jam dices, jam vicies, jam centies audivi, ea jam ante scio, & forsan facundius, quam concionator, eloqui possem. O virorum optime, sed plus a quo natus, Annæum Sene-  
cam tibi hue sito, qui eruditæ sapienter, & Christianæ,  
In duas, inquit, partes virtus dividitur, in contemplationem  
veri, & actionem: contemplationem instituto trahit, actionem  
admonitio. Ita primum a scholis & præceptoribus, alterum  
à templis & concionatoribus habemus. Sed addit. Annæus:  
Virtutem exerceat & ostendit recta actio, actuor autem si  
prodest, qui suadet; & qui monet, proderit. Ergo si recta actio  
virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitione demon-  
strat, & admonitio necessaria. Duæ res plurimum roboris ani-  
mo dant, fides veri & fiducia, utramque admonitio facit.

Impertinens quorundam error est, conciones eo nomine non magni faciendas, quod tantæ eas faciant Catholicorum adversarii. Fatua proslus ratiocinatio, perinde si continuo malum sit, quidquid aduersa parti probatur. Ergo & Christum colere desinemus, quod cum pars colat aduersa. Sed geminum hæc documentum ne clamamus.

**Duo documenta:**

1. **Monita ne sperne.** Variè Deus nos monet per Angelos, Prophetas, Apostolos, Concionatores: monet verbis, exemplis, minis, suppliciis, per suam quemque conscientiam monet. Monita ne sperne. Noëmus, quod sui munera est, exequitur, fidelissimus admonitor, quisquis parere non vulnus, perbit inter turbas; jam verba est clepsydra, ad finem properat: parendum est aut perendum: Monita ne sperne. Quisquis monitoribus asper est, plerumque nec frugi, nec homo bonus est.

**2. Concio-**  
**næ fre-**  
**quentia.**  
**Ioan. cap. 8.**  
**v. 47.**  
**Luc. cap. XI.**  
**v. 28.**

**Tres viri**  
**qui in toto**  
**orbe non**  
**inveniuntur.**

II. **Conciones frequenta.** Luculentum Christi oraculum est: Qui ex Deo est, verba Dei audit, proprieæ vos non auditæ, quia ex Deo non estis. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ne quæso, somnia, Christianæ, nullis te legibus ad audiendas conciones adigi, Deus iubet, natura & ratio præcipiunt. Naturalis & divini juris est, Verbo Dei, Oratoribus Evangelicis patientem accommodare aurem. E Christianis homo sapiens, Ego, ajebat, toto orbe tres viros querens, quos nupsians reperio. Primus, qui verè solers, industrius, & diligens sit, vi-  
tæ tamen necessario caret. Multos reperias suæ culpæ egentes & miseros, quos ad mendicitatem derudit foecordia. Alter est, quem querio, & non inventio, qui abstinentia, moderatis jejunis, inediâ valetudini obfuerit: eorum qui valerudinet, insuper & vitam vorando aut potando perdiderint, innumerous est inventio. Sed nec tertium, inquietus, uspiam locorum indagare licet, qui conciones cum eas audire possit, negligere soleat, homo tamen frugi sit, & moribus integris: maximus illorum numerus est, qui conciones audiendas subterfugiant, sed intus & in cœte nequam sint. Res certa & ad amissum examinata: nec homini verè sedullo vietus, nec prudenter abstinenti valetudo, nec obsequenter audiens virtus deest. Qui vero præcones Evangelii, & conciones fugiunt, camelis & simiis non absimiles sunt. Cameli, quam transeunt aut bibituri sunt aquam, turbant, ne deformitatem gibbi sui videant. Simiæ, cum corpus pilosum, minimè glabrum, cum turpem vultum cernunt, speculum confringunt, & ita turpitudinis sua indicem defugient: haud aliter illi concionum fugiantes, naves suos objurgari graviter ferunt, suos defectus nō nolunt, moneri & ad me-

liora impelli respidunt, sed illi alias culpæ causas praesunt, ideo conciones sacras refugunt, homines plerumque sui cerebri sine Deo, & sine lege, seipso docent & decipiunt. Deus audiri se prius vult, tum denum suis jussibus obediri. Beati qui audiunt verbum Dei, & in studio illud.

## CAP V T VII.

Noëmo Deus dicit Arcam, & de Arce amplitudine.

**T**RIA admodum sunt memorata dignissima, quæ Trium Deus olim non tantum fieri præcepit, sed ordine diverso velut Architectus dicitavæ singula. Primum erat tabernaculum, quod Moyles instruxit: alterum erat templum, quod Salomon edificavit: tertium arca, quam fabricavit Noëmus, sed hæc ille magis admiranda quin arca que partibus. 1. Mirabilis hæc fabrica, annis centum Arca operas tenuit. 2. Magnitudine & habitationum multipliciti varietate tabernaculum longè superavit arca. In aquis certè ab omni evo nō visum tale. 3. Totum conclusi orbem arca Noëtica: siquidem octo homines orbis futuri erant principium. 4. In arca tale fuit ornithopterum, tale vivarium, qualia nemo Regum aut Imperatorum habuit; in aviario omne genus volucrum, in vivario omne genus animantium, circum & ferarum paucabantur. Neque hoc obstupescendum navigium humana solùm arte confectum, sed Numinis potentia, & Angelorum tutelâ atque operâ. 5. Tot mysteriorum arcæ parvens fuit, quod vix simil in aliis reperienda.

Hoc igitur capite percensendum, quo tempore, quovæ modo supremus Architectus Deus, Noëmo velut fabro lignario ingens hoc opus dicitarit, quam longitudinem, quam porrò latitudinem, quam densitatem totius operis esse voluerit amplitudinem, explicare trademus.

## S. I.

**A** Nno ab orbe condito millesimo quingentesimo Quætrigesimo septimo denuntiavit Deus Noëmo, decretum esse post annos centum & viginti, omnem gentem humanam suffocare aquis. Atque hoc Deus Noëmo patefecit, anno, quo diximus, ab ipsis mundi incubabiliis millesimo quingentesimo trigesimo septimo, cum Noëmus annum ageret quadringentefimum octogesimum primum. Anno autem ab orbis natali die millesimo quingentesimo septimo, cum Noëmus annum ageret quingentefimum primum, Deus illi arce fabricam dicitans, Fac tibi, ajebat, arcam de lignis levigatis. Hic Gm. fanè plurimum mirari subit, cur Deus modum hunc 7.14 fecit, & genitæ humanæ operosissimum elegerit, cum divina potentia facilissimum fuerit, & genus hominum restaurare, & Noënum servare modis aliis quamplurimi. Quid opus labore tanto, tam diuturno, quod fieri nisi multo faciliore poterat? Mirari hac licet, sed aliud sentire vel loqui non licet, quam ira divine bonitatis placuisse, sic Deo visum. Hinc illa iustio: Fac tabernaculum.

Hæc Chrysostomus facundè ac sapienter expendens, Ne obiter, inquit, hæc præterieris dilectæ. Cogita, quantum peperit justo curarum tumultum, cogitanti apud se, quantum hac omnia curam exigenter; non enim ei sufficiet cura mulieris, & puerorum & nuruum, sed & sollicitudo tot brutorum & educatio annæfiebat. Ita incumbebat ei præter curam uxoris, filiorum, & totius familiae, edificium insuper tam labiosum, tamque diuturnum; ipse manum admovere, fabrum lignarium agere, tot animalia in unum cogere, annuum ei pubulum inferre, sibi suisq; commeatum pro anno solido providere debuit, non immerito res infiniti laboris visa: herebat uique quid prout quid posteriore loco ageret, unde potissimum tanti molimis